

Ann. VI.

Num. XI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA" Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM  
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM  
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.  
28, Orchard Street.

NEW YORK  
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

CINCINNATI

52, Barclay Street. 436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTRÉAL  
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

|  |                     |
|--|---------------------|
| DE LEGE SIVE REGULA MONROVIANA . . . . .   | H. A. Strong.       |
| DE MONUMENTIS TUENDIS . . . . .  | H. D. V. Pieralice. |
| THERSITES IDEST DE HOMINE CONVICIATORI AC MALEDICO . . . . .                                     | M. Belli.           |
| ROSA, LILIJUM ET ZEPHYRUS . . . . .  | Th. Vignas.         |
| DE MUSICA SACRA . . . . .  | Hersilius.          |
| « CRYPTAFERRATA » . . . . .  | P. Alexis.          |
| EX BATAVIA. De certamine poetico Heeufftiano . . . . .   | H. Kern.            |
| DE PUMILIONIBUS . . . . .  | A. Costaggini.      |
| FABULAE SELECTAE FONTANI A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.                                  | Fr. Xav. Reuss.     |
| SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIIS. De recta pronnecjatione latinae linguae dialogus . . . . . | I. Lipsius.         |
| QUID OLIM (CENTUM ABHINC SAECULIS) IN PERSIDE? . . . . .   | G. P.               |
| ANNALES . . . . .  | Poplicola.          |
| PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .  | Scriba.             |
| AENIGMATA . . . . .  | F. Palata.          |

In tertia operculi pagina:

|  |          |
|--|----------|
| VARIA: Pharmacum omnes adversus pestes novum. - Horologia<br>expergefacentia, iuvante electride. - Ioci. . . . . | P. d. V. |
| LIBRI RECENTES ACCEPTI.  |          |

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIX

Sociis et lectoribus Commentarii nostri vehementer commendamus instrumentum,  
quod, rei proprietate sibi vindicata, confecit

**SOCIETAS LATIALIS EDITRIX**

(ROMAE, Corso Umberto I, 219),

eui machinae nomen est:

**SCRIPTOR AUTOMATICUS**

(ITALICE "COPISTA AUTOMATICO,,");

quippe inter horas tres quodvis scriptum, qualibet in charta, millies reddat: epistolas, litteras eodem exemplo ad plures dimittendas, consultationes, edicta, invitationes, nuncia, acceptorum et datorum rationes, libellos, lineas vel figurae descriptas, exemplaria, formas, musicen, et alia.

**Societas ipsa fidem praestat Scriptorem** hunc *Automaticum* tribus horis ex uno chirographo mille et ultra exempla exhibere, eaque omnia pariter nitida atque perfecta: — quinque temporis momenta satis esse ad eius usum discendum; — chirographumque celeriter scribendo, non secus ac communi quovis calamo, parari.

**Instrumentum**, utili spatio disponens cent.  $23 \times 34$  novum et ex omni parte perfectum **venit** libell. 45; atramenti ampulla (per aliquot menses sufficiens) libell. 4; folia singula ad chirographum scribendum libell. 0,15.

**Premium solvi potest cum traditur merx;** portatio vero fit ad impendium iubentis.

Una cum *Automatico Scriptore* paucae eaeque simplices institutiones ad rite ipso utendum necessariae mittuntur.

**GRATUITO**

quisque habebit et experimentorum specimina et opusculum continens **plus sexcenta** de re iudicia.

Omnia petantur a

**SOCIETATE LATIALI EDITRICE**

(Romae, Corso Umberto I, 219).

**SOCIIS MONITUM.**

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

PR  
In Italia: L  
Lib. 15, M. 12

DE LEGE SIV

Si rerum eventus  
fecto admirabilis  
tatem, populi Ameri-  
colentis. Romano-  
hie populus cetera  
suam tutelam recipi-  
nat, deinde autem  
instituit. Stirps illa  
originem traxit, ita  
tium commisetur,  
Americanae Britan-  
care possit. Porro  
rus, ut intra pau-  
tem Americanam,  
omnes inter gentes  
palmas primas latu-  
debet, si gens quae  
genio tam beata,  
deat, ut saluti sua  
stabilitatem atque  
preceatur. Quae rep-  
est doctrinam illarum  
sibi sumpsisse, qua  
tlecta sit, explicata  
videtur.

Apud Americanos  
rum interesse, ne  
ropam incolunt ter-  
cana sitam sibi ad  
eiusmodi colonias  
dducere. Id ante-  
cipue illis eurae; pri-  
narum res et discor-  
et in bellorum longi-  
quod maxime ipsorum  
ricanorum populis ca-  
ad suas res suo ipso

Neque tamen g-  
partem continentis  
lam iustum sibi vindicantur, ita ut ge-  
ne iniuriarum sibi  
poenas sibi debitas  
stare statuerunt. Ad  
debitam sibi pecuniam  
solum vero Americanos  
adrogare non per-

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

## BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## DE LEGE SIVE REGULA MONROVIANA.

**S**i rerum eventus varios respicias, nihil profecto admirabilius invenias, quam prosperitatem, populi Americae partem septentrionalem incolentis. Romanorum hercule more priscorum hic populus ceterarum nationum colluvium in suam tutelam recipit, receptamque civitate donat, deinde autem civitate nova dignos reddere instituit. Stirps illa prisca, quae ex Britannia originem traxit, ita cum progenie aliarum gentium commiscetur, ut vix maior pars gentis Americanae Britannicam sibi originem vindicare possit. Porro sic acceredit populi numerus, ut intra paucos annos credere liceat gentem Americanam, multitudine habitantium, omnes inter gentes, si barbaros solos excipias, palmas primas laturam. Neque mirum videri debet, si gens quum natura, tum suopte ingenio tam beata, quae futura sint ita proideat, ut saluti suaे consulat, imperioque suo stabilitatem atque periculorum immunitatem precetur. Quae reputantibus Americanis visum est doctrinam illam monrovianam pro regula sibi sumpsisse, quae quum parum a multis intellecta sit, explicatione quadam digna nobis videtur.



Apud Americanos constat ante omnia ipsorum interesse, ne gens ulla ex iis quae Europam incolunt terram in continente America sitam sibi acquirere velit, neque novas eiusmodi colonias in solum Americanum deducere. Id autem duobus ex causis praeceps illis curae; primum ne in gentium alienarum res et discordias vel nolentes trahantur et in bellorum longinquorum pericula; deinde quod maxime ipsorum referre statuerunt Americanorum populis omnibus liberum cursum dari ad suas res suo ipsorum arbitrio administrandas.

Neque tamen gentium quae meridionalem partem continentis Americanae incolunt tutelam iustum sibi vindicaverunt Americani septentrionales, ita ut gentes alienas impediare velint, ne iniuriarum sibi ab hisce gentibus illatarum poenas sibi debitas exigant. Nihil profecto obstat statuerunt Americani, quominus Germani debitam sibi pecuniam vi et armis repeterent; solum vero Americanum occupare et imperium adrogare non per Americanos licebat. Anglorum

vero pariter interesse manifestum est regulam illam monrovianam servandam eurare: quippe provincia illa ditissima, cui nomen Canada, in quam ex omnibus locis multitudinem hominum adfluere quotannis videmus, sibi pacem et rixarum immunitatem hinc et auguratur et exspectat.



Neque tamen pro dubio habendum est quin gentes illae, quae Europam veterem incolunt, fastidio quodam et odio hanc prohibitionem observent: ut quibus nimis exiguum terrae spatium detur ad iuuentutem suam, nimis abundantem, alendam; tum etiam quia spes et ambitione fines exigui in longius extendere suadet. Inde nescio an futuras lites et discordiarum causas augurari liceat inter populos Anglo-Americanos atque nostrae veteris continentis incolas.

Quae discordia ne in bellum populos ducat, avertat Deus!

HERBERTUS A. STRONG  
Athenaei Liverpoliensis doctor.

## DE MONUMENTIS TUENDIS.

**Q**UEMADMODUM libertas, non facultas faciendi bonum vel malum, sed est potentia, qua nobis optio datur intra bonum et melius, et (ad primum quod attinet) est ius, quo nemo impedit nos possit dum vel non patramus iniqua et nocentia, vel bona quaelibet agimus; ita in iure proprietatis, si perspicere voluerimus, non est omnino facultas, qua rebus nostris possimus uti et abuti, sed facultas, qua recta gerentes et rationi consentanea sequentes, possimus vel augere, vel servare tantum, quae habemus, non dilapidare, disperdere. Quapropter sicuti legibus coeretur libertas, quae iniuria imbuatur, quae damno ceterorum intumescat, quae in vitas et fortunas aliorum extendat modo sanguinolentas, modo rapaces manus; sic, et in proprietate exercenda, legibus coeretur providis paterfamilias vel demens, vel prodigus, qui patrimonium suum, haereditatem filiorum subvertat, qui suis utatur rebus, divitiis ad fraudem et usuras, qui, puta, si habuerit armenta, haec tormentis exerceat, effere torqueat. Ignota neque narro. neque tradō. Qui enim homo improbe ita se gesserit, execratione obruitur civium suorum; nec deerunt qui ad rem recordentur spartani illius pueri, qui morte muletatus est eo quod captas aves solatii causa obcacearet.

Solent plerique atrocitatem animi tueri praefertentes leges romanitas. Haud ita. Nam si quando paterfamilias de filio iudicaret morte plectendo, non haec agere poterat, nisi coacto concilio avorum, patruorum, quorum sententiae parendum erat. At hae sententiae postulabantur, ut a familia, a gente dedecus publici supplicii et mortis per carnificem dandae, arceretur; nec si pater atrocius quid moliretur in filium, affines et consanguinei et maiores id concedebant. Quamobrem nefaria Manliana imperia semper habita sunt; et illud redit aeternum etiam, romanis legibus, uti proprietate et libertate homines posse, abuti propriis neminem posse. Quis neget senatum romanum adversus Atilii Reguli uxorem, quae, ad ultionem cruciati et occisi coniugis in captivos Poenos saeviebat, minantia verba misisse, a feritate cohibusse?

Aut illud praetereundum est, quod nunc etiam versatur prae oculis et quotidie habemus ad manus, patremfamilias, sua dissipantem, communibus omnium odiis circumdari? Nonne repellunt indulgentem vitiis, turpitudinibus? Nonne refugiunt helluonem? Nonne segnem irrident? Quid, quae, haec, si quisque suis posset uti et abuti?

Hoc igitur veluti principium ingens esto; in iure proprietatis exercendo nemini abuti illa fas esse. Atqui duplex abutendi modus: sive exterminando actu, quae bona sunt, sive, non curando, ita facere, ut pereant. Age modo. Siquis ex patriciis palatum habeat insigne, quod sit vel architectura, aut sculptis, aut pictis parietibus monumentum, poteritne suo luctu illud subvertere? Accident aediles, et subversionem vetabunt. Siquis domum suam incendere voluerit, eritne licitum volenti? Vicini clamabunt, et, invito domino, stabit domus.

Eccur ista? Aperte fatebor. Quia sunt nonnulla, immo plura, quae certis limitibus continent ius proprietatis, quo iure nemo in damnum alterius uti potest, nec ad detrimentum et ad deformitatem urbis sua.

Constituto igitur principio, et fundamento, quae inde exsurgt sententia palam est, si interrogemus: Potestne quaevis civitas ea monumenta destruere, vel pati destruenda, quae penes habet, cuiusvis fuerint generis et speciei? Omnes negabimus et posse facere, et vel tolerare.

Qua de causa? Illa in primis, quam recensui: quia nemo iure suo abuti potest; altera, quia in monumentis plura sunt expendenda. Enumeramus.

Monumenta sunt a) vel insigne artis opus; b) vel ob accepta beneficia Deo, vel hominibus constituta; c) vel vita functis pietate posterorum erecta; d) vel publico usui et commoditati commendata.

Iamvero, quae sunt insigne artis opus, subverti, exterminari non debent, quia eximii artifices humano generi ad gloriam, ad dignitatem a Deo dati sunt; qui igitur eorum opera subvertit divina dona subvertit, et sacrilegus est iudicandus.

Quae ob accepta beneficia vel Deo, vel hominibus constituta sunt, illa praferunt grati animi debitum persolutum a maioribus nostris, quorum voluntatem, quasi testamentariam tabulam in marmore, in aedificio exaratum intueri et nos grati reveri, et minores debemus. Quinimo si testimonium grati animi exhibitum Deo subvertemus, ipsi nos in alienum aes ingredimur eoram superis, et ipso gravamur. Quod si quis cunctantem in ultione Deum, quasi absentem, aut negligentem, incuset, quia peccantibus huiusmodi nil subito accidit triste, meminerit consuesse Deum, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velit, his secundiores interdum res, et diuturniorem concedere impunitatem; at lento gradu ad vindictam sui divinam iram procedere, cunctationemque suam supplicii gravitate pensare. Neque alia homini lex, alia civitati, alia generi humano; sed una est omnibus eadem, cui parere necesse est; omnium enim et pater est, et rex, et imperator Deus. Non ergo monumenta eiusmodi si saera licet subvertere. Quid si profana? Ab exordio humani generis maiores nostri eos in deorum numero esse voluerunt, qui, diffusis amplissimis beneficiis, ex hac vita migrassent. Itaque in historiis sancta eorum sunt nomina, qui patriam ab aliena iniuria vindicarunt, qui urbes, qui oppida condiderunt, qui optima ad inventa ad cultum hominum, ad mores, ad humanitatem contulerunt. Quae saera et indelebilia sunt in historiis nomina, eane nos una cum monumentis impune et iure delebimus, historias qui delere non possumus? Quo propiores his fuerant atavi, eo melius rerum gestarum memoriam, eo magis quaecumque vera cernebant. Aequiescendum igitur iis, qui ea iudicarunt, qui suo, non nostro sumptu extulerunt, qui suo, non nostro in solo aedificarent.

Quae autem vita funetis fuerunt pietate posterorum erecta, haec quanti habenda sint, quanta religione servanda, quanta fide, quanta cura tuenda vix audeo dicere, cum vel apud ethnios Deorum Manium iura saneta fuerint, cum nulla sit gens, quae patrum suorum ossa pedibus conferat, vel canibus asportanda relinquit; et qui ausus sit huiusmodi, ille, experientia teste, saeculis testibus, malo semper exitu dies implevit suos, quinimo non implevit umquam, sed medio vitae lapsus est atrociter in itinere.

Quae denique publico usui, vel commoditati commendata sunt, uti thermae, fontes, theatra, portus, pontes, haec nemini licere subvertere, cuivis servanda quisque intelligit; nec opus est verbis, nec diurna demonstratione probanda eredimus, quae communis consensu gentium, eo ipso quod erecta fuerunt, quo frequentantur, probata fuerunt.

Sed habent et monumenta voce suas, quibus vel ii exigitur ad fortia, qui indolem viro dignam animo aluerunt, vel ii deterrentur a scelere, qui a recto abierunt. Tropaea Ma-

rathonia, quae pacatos prohibuere somnos a Themistocle, adolescentem, per nefaria vagantem et inquinatum, revocaverunt ad virtutes et gloriam, et Marathonia tropaea, Miltiadi posita, causa prima fuerunt, qua Europam non potuerit Asia rescindere, et immo Europa praevaluerit Asiae. Hae de causa Romani, maiores nostri, in atriis eorum simulaera esse volebant, qui reipublicae aliquid magnum consilio vel manu, domi militiaeque praestitissent. Eeue? Quia « maiorum gloria posteris quasi lumen est ». Haec igitur eum ita sint, eirea monumenta satis ostendimus ea, quamvis illius populi sint, euius in regione aedificata fuerunt, sed et illorum esse populorum, qui colunt historias, qui deos colunt, qui parentum, qui avorum et memoriam et pietatem et religionem colunt, et illorum denique, qui vel adventae, vel peregrini, vel rusticae, vel eruditiois causa viantes, in illa incident, illis utuntur, illis fruuntur, excoluntur, illis evehuntur, ad virtutes eriguntur attingendas, adipiscendas, illis ad gloriam excitantur sequendam, ad decus factis insignibus promerendum, ad utilitatem civibus suis, humano generi comprandam, ad omne, quod bonum, quod faustum felixque siet, exciendum.

Est igitur in monumentis aliquid, ut ita dicam, universale, quod omnes allieit, et ad omnes pertinet; at dum ad omnes pertinet usu, abusu nemini patet; ubi enim monumentum aliquod per nefas immane rescinditur, non hic vel ille populus, sed universum humanum genus scelere, immanitate rescinditur. Quid enim commune habent mortui eum vivis? Quid artes cum praeliis? Quid pietas cum sacrilegiis? Quid saxa et immota marmora cum praetereuntibus? Quae nihil habent nisi ut incident, ut proxint, ut confortent, ut solentur, nihil habent nisi ut spem alant conditionis in melius futurae.

Mirabitur fortasse quispiam nos ita seripsisse; at pro certo habeat, et sequenti haec videbit in numero, nos eadem agi mente, eodem ferri consilio, quo de latina lingua omnibus ad cultum commerciumque humanitatis restituenda tam diu loquuti sumus; et siue nonnulla attigimus ex iis quae speravimus, et ob quae contendimus, ita in hoc novissimo arguento, quod pertractandum assumimus, aliquid fortasse nos pariter assecururos confidimus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

## THERSITES

IDEAT  
DE HOMINE CONVICIATORI AC MALEDICO.<sup>(1)</sup>

CORPORIS vitia animi foeditatem ostendunt: Strabo, altero pede claudus, humeris gibbis et in pectus contractis, acuto capite atque raro capillamento Thersites fuisse traditur: « Inimicissimus autem Achilli in primis erat, et Ulyssi: Solebat enim his conviciari. Tum vero Agamemnon nobili Ganniens dicebat probra: eique Achivi Mirum quantum succensebant animoque indignabantur » (2).

Quae, cum ita sint, late evineunt hanc malam omnium avem esse pro viribus cavendam, si licet

(1) Cfr. num. sup.

(2) Ex Patav. edit., v. 217-228.

iis quae vulgaris docet superstatio fidem habere. Quid superstatio?... Haec tene: si quis in gibbosum hominem per viam offendet, licebit ea die sibi felicitatem angurari; ideo gibbosus homo boni omnis indicium erit: at si in claudum et altero quidem pede? Minime vero: calamitosa tune te fata manebunt!

Ideo per opportunum hue redit proverbium illud tritissimum, quod nos Veneti continuo ore promimus: *Da un segnà da Dio stè tre passi indrio, da un zoto stèghene oto.* Idque me admonet homericum χωλος δέπτερον πόδα perbene ad Thersitem aptatum; neque eo certe adducor ut arbitrer Homerum, cum Thersitem pingeret, has ineptas vulgi consuetudines ante oculos habuisse, sed quo magis ostendam putidam detractoris indolem cum vitiata corporis natura, non raro, sibi plane constare. Tu vero, candide lector, veniam mihi da, si in maledicentis hominis vituperationem haec, ut qui iocularia, ridens pereurro. « Ridentem dicere verum quid vetat? »

Achivi ob Thersitae in Agamemnonem probra valde indignantur; quod silentio praeter eundum non est, cum nativum in linguas maledicas universi humani generis odium lueventer significet.

Thersites vehementer in Agamemnonem invehitur:

Ατρείδη, τέο Ναῦτ' ἐπιψέμφεσι ήδε γκτίζεις; πλεῖσται τοι χχλοος κλισίαι, . . . . .

Ἄ ετι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύσαι, οὐ κέ τις οἴσαι Τρώων ἐποδάμων ἔξ Ιλίου υῖος ἄποινα οὐ κεν ἔγα δέσκες ἀγάγω η δλλος Αχιδίν,

οὐ μὲν ξοικεν ἀρχὸν ἐόντα κακῶν ἐπιβασκέμενον υῖας Αχιδίν. ὁ πέπονες, κάκος ἐλέγχει, Αχιδίδες, οὐκέτι Αχιδίοι, οἰκανά περ σὺν νηυσὶν νεώμεθα, τῶνδε δέ ἐδρεν αὐτοῦ ἐνι Τροίη γέρω πεσσέμεν, δέρω διηται η ρά σι οι γ' ἡμεῖς προσακύνομεν, ηε καὶ οὐκέ θε καὶ νῦν Αχιδίδη, οὐ μέτ' ἀμείνονα φάται, ητίμησεν ἐλάων γάρ έχει γέρως, αύτος ἀπούρας. ἀλλά μάλιστα Αχιδίδηγόλος φρεσίν, ἀλλά μεθήμων. η γάρ ζην, Ατρείδη, νῦν θστατα λωβήσαιο.

(v. 225-242).

Profecto haec tumultuaria Thersitae oratio, quam cuique circulatoriam verborum volubilitatem redolere perspectum est, ad illos fietos notis versibus similes proprius accedit, quos Graeci παρῳδίαν appellant. « Παρῳδία huius loci omnium qui sunt in Iliade pulcherrimi, — ad rem Cesarotti (1), etsi Homeri pareissimus laudator, scribit, — insignis habenda est; quod praecipue elucet ex multipli earum locutionum usu, quae in acerrima illa Achillis cum Agamemnone contentione, de qua in lib. I *Iliadis* sermo fit, passim occurunt. Homerus scilicet Thersitae imaginem iocorum lascivia hic lectori proponit non aliter quam Aloisius Puleius, ut ex recentiore poëmate exemplum afferam, perridiculam Margutti imaginem finit: siquidem uti Margutti, dum praeclarus Morgantii facta stulte affectat in surram cadit,

(1) V. note del Rigutini, op. cit., pag. 67.

ita apud Homerum imitatio est.

Sed quo id libri principes et comparabo:

.... ωτάρο 'Απίσομεν, αἱ κέ εύτείχεον ἐξαλα-

.... ωτάρο ζην

.... οὐ μὲν ξοικεν σύν σύν

.... οὐδέ σ' οὐτε καὶ πλούτον καρύ

.... ἔγα δέ κεν ζέω ζέω (v. 13)

η γάρ ζην, Ατρείδη

.... πολλαὶ δὲ γρετοι, ης τοι 'Απίνη ποτοίσθρον ἐλα-

η ετι καὶ χρυσοῦ

.... οὐκ ἐπέσοικε

οἰκανά περ σύν γη

.... τόνδε δέδημ σέμεν .... (v. 2

έλλων γάρ ζην γέρω

η γάρ ζην, Ατρείδη,

Haec de verbis icitur Thersitem, vel, si cui malitiae esse imitationem. orationem diligenter intelligit quoniam vero

positi fines, singulare quae in ipologium pertinent et seqq.).

Praeconium homini mansuetudinem sane, ni effrenatum, enim ignorat dictum Achillis cum Agamemnonem causa troianum bellum fuit? At ne tibi rem esse cum Achilli diligenter!

Huc spectat Achilli significatio, etenim Homerus aequa et Agamemnonem diligenter

Detractori omnium quod eupit assecurare conia a probris in Achilli parumper

tio fidem habere.  
e: si quis in gib-  
endet, liebit ea  
; ideo gibbosus  
it; at si in clau-  
Minime vero: ea-  
nt!

edit proverbium  
Veneti continuo  
da Dio stè tre  
hene oto. Idque  
; neque eo certe  
, cum Thersitem  
nsuetudines ante  
s ostendam puti-  
vitiata corporis  
onstare. Tu vero,  
la, si in maledi-  
naec, ut qui iocu-  
em dicere verum

amemnonem pro-  
silentio praeter-  
in linguis ma-  
teris odium lue-  
gamemnonem in-

ui ἡδὲ γαμνεῖ;  
.....  
.....  
κέ τις οἰσει  
ος ἀποινα  
λλος Ἀγαθόν,  
.....  
υ μὲν εἴκεν  
εν σίταις Ἀγαθόν.  
ες, οὐκέτ' Ἀγαθόι,  
τῶνδε δὲ ἐδύνεν  
, σφράχ θηται  
μεν, ἡδὲ καὶ οὐκί-  
ασίνονα φῦτα,  
, αὐτὸς σπούρας.  
ν, ἀλλὰ μεθήμων  
λαβήσαιο.  
(v. 225-242).

Thersitae oratio,  
borum volubili-  
ad illos fictos  
accedit, quos  
Πτεροῦνται huius  
e pulcherrimi, —  
eri parvissimus  
enda est; quod  
earum locutio-  
a Achillis cum  
qua in lib. I  
runt. Homerus  
corum lascivia  
quam Aloisius  
ate exemplum  
imaginem fin-  
dum praeclara  
securram cadit,

ita apud Homerum Thersites depravata Achillis  
imitatio est.

Sed quo id maiore luce clarescat utriusque  
libri principes saltem locos raptim enumerabo  
et comparabo:

*Iliad.*, lib. I.

..... αὐτὰρ Ἀγαθοί || τριπλῆ τετραπλῆ τέτρα-  
πλογεν, αἱ κέ ποθε Ζεὺς || δῶσι πόλιν Τροίην  
εὐτείγεον ἐξαλαπόζαι (v. 127-129).

..... αὐτὰρ ἔμ' αὔτως || ἥσθαι δευρόμενον ....  
(v. 133-134).

..... οὐ μὲν ἔουεν (v. 233).

οἴκαδε ἦμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν (v. 170).

..... οὐδέ σ' ἄνω || ἐνθάδι, ἀτιμος ἐών, ἀφενος  
καὶ πλοῦτον ἀφύζειν (v. 170-171).

..... ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἐλαμψι: .... γέρως....  
ἔλων (v. 185-187).

ἢ γάρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν οἵτατα λαβήσαιο (v. 232).

*Iliad.*, lib. II.

..... πολλαις δὲ γυναῖκες || εἰσιν ἐνι κλισιῃς ἐξα-  
ρετοι, ἃς τοι Ἀγαθοί || προτίστῳ διδόμεν, εὗτ-  
ἄν πτολειόρον ἐλωμεν (v. 226-228).

ἢ ἔτι καὶ γρυποῖς ἐπιδεύξαι .... (v. 229).

..... οὐκ ἐπέοικε .... (v. 126).

οἴκαδε περ σὺν νηυσὶ νεώμεθα (v. 236).

..... τόνδε δὲ δύμεν || αὐτοῦ ἐνι Τροίῃ γέρα πεσ-  
σέμεν .... (v. 236-237).

ἔλων γάρ ἔχει γέρως, αὐτὸς ἀπούρως (v. 239-240).

ἢ γάρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν οἵτατα λαβήσαιο (v. 241).

Haec de verborum similitudine, ex quo con-  
icitur Thersitem, ut supra diximus, Achillis,  
vel, si cui malit, Agamemnonis depravatam  
esse imitationem. Qui autem in Thersiteam  
orationem diligenter cura introspiciat, nonne fa-  
cile intelliget quanta malignitate redundet?

Quoniam vero nimis longum est, ultra pro-  
positi fines, singula commemorare, sat erit inlustrare  
quae in ipso oratione exitu ad Achillis  
elogium pertinent: δε καὶ νῦν Ἀγαθοῖ etc. (v. 239  
et seqq.).

Praeconium hoc, quo Thersites Achillem, ob  
animi mansuetudinem, laudibus effert, irrisio-  
nem sane, ni effrenem insolentiam continet. Quis enim ignorat diuturnam et acerrimam illam  
Achillis cum Agamemnone contentionem, cuius  
causa troianum bellum longum in aeum dilatum fuit? At ne te fugiat, quaeso, amice lector,  
tibi rem esse cum Thersite homine omnium ma-  
ledicentissimo!

Huc spectat Achillei praeconii propria et sin-  
cera significatio, quae, aliter, vero repugnat;  
etenim Homerus auctor est Thersitem Achilli  
aeque et Agamemnoni saepissime conviciatum.  
Quid igitur dicemus?

Detractori omnia praesto sunt arma ad id  
quod cupit assequendum, neque laudis praec-  
onia a probris internoscere curabit. Thersites  
Achilli parumper indulget ratus fore ut, si Pe-

lidem, praeterita odia oblitum, blanditiis as-  
sentationibusque sibi devincat, tanti viri ope-  
roboratus a bello troiano perficio Graecos,  
nullo negotio, deterreat.

Quo magis detractorum pravitatem improba-  
bimus, quibus simulatio et dissimulatio dux et  
imperator est.

Pulchre et lepide Plautus, in *Trinummo*,  
Megaronidem inducit in pestem hanc tumido  
delitigantem ore:

*Nihil est profecto stultius neque stolidius  
Neque mendacilogram neque adeo argutum magis  
Neque confidentiloquius neque peiurius  
Quam urbanii adsidui cives, quos securas vocant.  
Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho:  
Qui illorum verbis falsis acceptor fui,  
Qui omnia se simulant scire neque quicquam sciunt.  
Quod quisque in animo habet aut habitur, sciunt:  
Sciunt quid in aurem rex reginae dixerit:  
Sciunt quod Iuno fabulast cum Iove:  
Quae neque fuerunt neque sunt, tamen illi sciunt.  
Falsone an vero laudent, culpent quem velint,  
Non floeci faciunt, dum illud quod lubeat sciunt.  
Omnis mortales hunc aiebant Callidem  
Indignum cicitate ac sese vivere,  
Bonis qui hunc adolescentem evortisset suis.  
Ego de eorum verbis famigeratorum insciens  
Prosilui amicum castigatum innocuum.  
Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,  
Unde quidque auditum dicant: nisi id adpareat,  
Famigeratori res sit cum damno et malo:  
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.  
Pauci sint faxim qui sciunt quod nesciunt,  
Occlusioremque habeant stultloquentiam.*

(Act. I, v. 198-222)

Evidem haec risum moverent, ni venenata  
« famigeratorum » iacula hominum pacem, qua  
nihil optabilius est, in saevas simultates ver-  
terent!

(Ad proximum numerum).

MARCUS BELL.

ROSA, LILUM ET ZEPHYRUS.


*Cum aurora rutilo lumine ornaret solum,  
Flagrans rosa, decus vallum, pandit labra,  
Et lilio, quod suffiebat halitu  
Auram, loquuta est: - « Cum vident me purpura  
Pueri venustam, mox decore perciti  
Quod halo captant cinnamum, iucundius  
Odore panchaeo, ac amoris ignibus  
Per me excitantur corda: tu quid, lily?  
- « Me quando cernit, ut nirem, nitidum puer  
Spinis, quibus tu ambire, prorsus liberum,  
Albens honestatis trahit nectar, cycnus  
Factusque cycno candidior, extra modum  
Gestit volatu, tendit altum et in polo  
Gaudet parata praepudico pectori  
Specie Dei ». Ea vix lily narraverat,  
Genialis zephyrus duobus floribus  
Sibi invicem suave osculum libantibus:  
- « Firmate foedus, - ait - o camporum inclytum  
Decus; ad fluenti mox sinus sumat puer  
Amoris ignea ac pudoris candida  
Dona ex corollis; ardeat semper puer  
Favente, caritatis ignibus, rosa;  
Accipiat almos usque fructus lily ».  
Amor pudorque dulce cor fingunt Deo.*

TH. VIGNAS S. P.

DE MUSICA SACRA.

**M**USICAE sacrae tria numerantur genera: pri-  
mum musica liturgica, quae ex ipsis chri-  
stianae religionis ritibus, tamquam ex fonte, pro-  
manat, quaeque primos Ecclesiae hymnos, anti-  
phonas, totumque complectitur cantum, cui nomen  
a S. Gregorio Magno, anno quingentesimo nona-  
gesimo post Christum natum ad Petri sedem  
eveeto. Sed duo circiter ante saecula S. Ambro-  
sius videtur musicae sacrae iam operam dedisse  
primum Romae, in qua prima cantus ecclesiastici  
schola a Silvestro papa I instituta fuerat, ac  
postea Mediolani, ubi, antistitis munere fun-  
gens, tanta animi contentione musicam sacram  
excoluisse dicitur, ut ipsius parens iure merito  
appellari possit. Quatuor enim musicae scalae,  
quibus totus religionis cantus tunc temporis inni-  
tebatur, ex aliquorum historicorum opinione,  
S. Ambrosio debentur, qui eas e scala modi  
dorici generis diatonici, penes Graecos olim  
vigente, in usum deduxit. Notandum est scalam  
modi dorici Graecorum in musico sono *re*,  
tamquam in fundamento, positam esse: quare  
S. Ambrosius illam, utpote gravibus placidisque  
religionis cantibus accomodata, adhibendam  
putavit, ex qua tres alias hac ratione eruit  
sealas. Nam ex superiori gradu, id est e sonitu  
*mi*, tamquam fundamento statuto, in ceteros  
scandens sonos, alteram compositus scalam; si-  
mili modo ex sono *fa* in altiores sive in mag-  
is acutos progrediens, tertiam constituit et ita  
denique quartam, quae, ut par est, a sonitu *sol*  
originem ducit. Sequens tabula illustrabit ex-  
posita.

*Scala modi dorici generis diatonici,  
olim penes Graecos vigens:*



In his igitur quatuor sealis, ut diximus, to-  
tum religionis cantum statuens S. Ambrosius,  
gravibus iisdemque suavissimis sonitibus plures  
exornavit hymnos praecipuis diebus festis ca-  
nendos: ex his singulari laude dignum existi-  
mamus « Te Deum » cui nomen, maxima pae-  
excellentia, hymnus Ambrosianus. Mirum sane  
est nostris etiam temporibus, quibus musica  
supremos attigit perfectionis gradus, Ambrosianum  
hymnum ad solemnes beneficentissimo re-  
rum omnium Opifici gratias agendas Christifi-  
delium animum in templis vehementer excitare.

Attamen S. Gregorius, quae eius erat saga-  
citas mentisque perspicuitas, cito animadvertisit  
Ambrosianas scalas plene perfecteque tempo-  
rum progressui haud amplius satisfacere posse.  
Itaque quatuor S. Ambrosii sealis totidem ad-  
iunxit ex iis hoc modo deductas: scilicet in  
singulis novis instituendis sealis veluti funda-  
mentum statuit musicum sonum quarto gradu  
subiectum sonitui illi, cui singulæ innixaerant  
Ambrosianæ scalæ; sive, ut clarus rem ex-  
plicem, S. Gregorius quatuor descendit gradus  
ex singulis sonis, in quibus, tamquam in fun-

damento, singulae S. Ambrosii positae erant sealae, comprehensis in descensu, si ita loqui fas est, tum sonitu, unde discedendum, tum sonitu, ad quem erat pervenientum, ut in musica mos viget. Ex his ergo gravioribus sonis, tamquam fundamento statutis, S. Gregorius in altiores, sive in minus graves iterum scandere non dubitavit; quo factum est ut quatuor novae instituerentur sealae, quae ex Ambrosianis deductae habendae sunt. Rem sequenti tabula illustrare placet, ubi cum S. Ambrosii, tum S. Gregorii sealas arctissimo inter se vineulo coniunctas videre est.



Ambrosianae scalae, post S. Gregorii inventum, appellari authentiae coeperunt; Gregorianae vero italicio vocabulo dictae sunt *plagali*, id est obliquae, quae sensu quodam suavis moestiae, sive deprecationis animum afficere videntur.

Itaque S. Gregorius, Ambrosiano opere mirum in modum aucto perfectoque, hymnorum antiphonarumque collectionem, sive, ut aiunt, antiphonarium scripsit, quod in tota Ecclesia ad occidentem spectante in usum deduci iussit. Atque ex eo tempore psalmi, antiphonae, hymni musicis sonitibus exornata totusque religiosus cantus a S. Gregorio, de musica sacra optime merito, Gregorianus appellari coepit. Heic autem, ne quis in errorem inducatur, animadverendum putamus nos in sealis superius exaratis musicos sonos, claritatis gratia, iisdem graphicis expressisse signis, ac nostris diebus exprimi solent. Etenim quaestio est, quam brevitatis gratia praetermittimus, utrum S. Gregorius ad musicos sonitus designandos litteris, more Graecorum Romanorumque usus sit, an numeris, ut a sexto ad decimum secundum saeculum post Christum natum plerique musici sonos oculis accipiendos praebere consueverunt. Signa autem, quibus S. Ambrosius musicos expressit sonitus, historici fere silentio praetereunt. Notandum insuper Graecorum scalam, de qua supra verba fecimus, similem fere esse nostrae, quae a re minori nuncupatur. Denique supervacaneum addere existimamus septem musicos scalae sonitus ex antiquissimis usque temporibus eosdem fuisse ac nostris diebus, cum ex ipsa hominum gutturis conformatio, sive natura, sponte sua proficiantur.

At vero sunt alii historici, qui putent octo musicos tonos, quos supra memoravimus, Ambro-

sio atque Gregorio minime deberi, sed plura ante saecula iam exstitisse et in Ecclesia orientali a sanetis viris Iacobo, Marco et Barnaba, in occidentali autem, sive romana, a S. Petro in usum fuisse deductos, quum ex his apostolis primi Christifideles psalmos canendos docti fuerunt. Certum est enim penes christicos Graecos, Armenos, Maronitas, Coptos atque Aethiopes, octo tonis, de quibus diximus, religiosos cantus innixos fuisse: eandem igitur canendi rationem et in romana vignisse ecclesia iure merito coniici debet. Re quidem vera historicus F. I. Fétis in opere, cui titulus *Histoire générale de la musique* (1) ait nihil certi statui posse de opera, quam S. Ambrosius dederit musicae liturgicae instauranda, eum id genus documenta ob temporum vicissitudines sint pessumdata. Ceterum extra omnem dubitationis aleam positum est. — pergit Fétis, — mediolanensem ecclesiam, ante S. Ambrosium, liturgica quadam musica non caruisse: hanc sanctos antistes melius ordinatam pluribus *praefatiis* atque hymnis auxisse perhibetur, ut ex scriptis Valfridii Strabonis, fratris Benedictini, qui nono saeculo christiano vixit, colligi potest. Quod autem ad S. Gregorium attinet, Gallieus historicus (2) plures profert religionis cantus, qui in tonis obliquis vulgo *plagali* positi sunt, quique, ante S. Gregorium, in variis ecclesiis iam vigerant. Ex Fétis igitur sententia S. Gregorius in suo *antiphonario* nihil aliud fecisse videtur, quam in unum collegisse atque sapienter ordinasse varios cantus iam antea in usum deductos, iisque, pro rituum opportunitate, aliquos forsitan marte proprio addidisse, qui non novis, sed iisdem octo tonis iam videntibus essent innixi.

Itaque, Fétis opinione minime obstante, concludere nobis licet non levia beneficia ab Ambrosio atque Gregorio in musicam saecula fuisse profecta, quum, ut ipse fatetur historicus, tum Mediolani antistes, tum Romanus Pontifex religiosis cantibus ordinandis, augendis, evenendisque pro viribus ac tempore operam dederit.

De primo musicae sacrae genere haec pauca leviter attigisse sit satis; secundum autem et tertium genus disserendum ad proximos numeros deferimus.

HERSILUS.

### “CRYPTAFERRATA.”

**I**NTER oppida, quae apud Romam Latialibus in collibus exstant amoenissima et saluberrimo aere commendata, et prospectu spatiantia mirabili, hoc proculdubio est, cui « Cryptaferrata » nomen, a vetustissima, prouti tradunt, Deiparae imagine, in quodam specu depicta ferreis munito cancellis. Quae venerabilis imago in templum translata olim fuit, quod una cum aseeterio monachorum Graecorum pone conditum est, romanorum Pontificum beneficiis insigni, quo, veluti annulo quodam, ad unitatem utriusque ecclesiae, latinae scilicet graecaeque, restituentem uterentur.

Qualis et quanta loci historia! Anno quippe quarto supra millesimum p. C. n. Nilus, mo-

(1) Vol. IV, pag. 134.

(2) Vol. IV, pag. 149, 156, 157.

nachus Rossanensis, afflante spiritu, cum quartum ac nonagesimum aetatis sua annum ageret, hue a coenobio suo Serperi prope Caietam de migrans in Urbem invisurus Apostolorum limina, divertit, hoc erexit quartum Basilianae familiae sua monasterium.

Locus deinde castello ad rem bellicam opportune communiendus visus est, quod Iulianus Della Rovere arce solidissima armavit, militibus saepe propugnantibus et oppugnantibus illo turbulentissimo ac tenebriosissimo civilium bellorum et praeliorum tempore, ita ut metus et pericula illuc agitarentur ubi quietis ac tranquillitatis oppidum plenissimum fore eredebatur, ubi doctrinae omnes, optimaeque artes quasi propria in sede commorabantur defugae a tumultu et aestu saevientium populum ac dynastarum.

Verum haec alias, quae ad historiam pertinent, recensebimus, et in venturum annum delegamus, quando nona erit saecularis solemnitas a condito hoc aseeterio; tunc fas erit integrum Commentarii nostri fasciculum tanto eventui dicare. Nunc profuit haec delibasse pauca, cum id postulet opportunitas temporis, et auspicia quae fuerunt, dum coetus e latinis populis, congregatus in Urbe, hue solemnii quadam peregrinatione ab Urbe, XIII ante kalendas Maias, convenerunt.

Quid loco, quid adeuntibus, quid hospitibus, quid aetati et celebritati praeteritae, quid spe rato et in votis futuro, fuerit, et sit, et fausto alite ominandum, nos quidem exiguo, quo stylo valemus mediocri, adoriemur; sed praestat, ac dignum lectorum nostrorum excellentia videtur, ea latine referre, quae, pulcherrima oratione alloquens hospites, monachorum abbas Arsenius Pellegrini, protulit.

Ubi igitur hospites in aseeterii aulam, cui Roveriana nomen, excepti humanissime, uti assolent erga hospites, a monachorum ordine, insuper et a Municipii magistratibus et spectabilibus oppidi viris convenerunt, eruditissimus ille abbas ita orsus est loqui:


« Qui locus hie, monachis frequens, coluit hospitii sanitissimas leges ab origine sua iucundissimus, hodie iucunditatem maximam vel excedens, laetitia gestiens ineffabili vos accipit hospites, vox amplectitur, vos quasi gremio fraterno fovet, o virorum excellentium cohors, qui Romam primo adivistis, Romam, cui semper cordi fuit humanitatem, cultumque Graeco-Latinum fovere, constringere foedere, per aetas et regiones omnes provehere, promovere. Et iure: Roma enim et Graecia disciplinarum omnium veluti cardines sunt, fundamenta et auctores. Hinc ego, et, quos videtis, fratres mei, maxime adventu vestro gloriamur, tibique, o praeses, vobisque, o coetum qui constitutis praestantissimi, qua par est monachis, simplicitate et ingenuitate unum dicimus, at ex corde toto, omnibus repudiatis fuis et ornamenti circumludentium verborum: Bene adveniatis!

Et bene quidem adveniatis in hoc pacis asylum, in quo novem abhinc saeculis, religio et scientia, quies et labor, in conceptum constantia, in modorum progressu fraterna societate iunguntur.

Praestat autem, nobisque mirificum est vos omni honore, quo possumus, accipere et colere,

cum locus hic sit  
ditis alaeri, id  
historia vos hie in  
M. Tullii Cicero  
rorum, graecis et  
tium, hospitium  
fuit. Hie, quasi  
lyceum, et aca  
graecorum artifi  
perfectis, celebra  
sapientiae Hellen  
Attico mittente  
toris Romani. Ita  
graeca et latina  
illius viri mente  
amplexu. At sup  
huius Tulliani r  
p. C. n., exstat  
monachum e Cala  
monumentum qui  
unicum, ingens,  
litteras et sapien  
coluit, et servavi  
graearum histori  
nuper scripto ap  
magna cum glori  
vatam ad celebre  
quod si quoddam p  
ehra prae marmo  
nugae et crepuscul  
simum non viola  
statis opus, vos h  
tiae architecturae  
neque monachoru  
cultus Musarum, c  
ignorabat, potuer  
integrum conserva  
moneant quid olio  
sustentatum Tull  
elus, picturis vi  
tegulis tigillisque  
oculos vestros abi  
fortassis ne irasci  
riis, qui usi mat  
trabes contignatio  
opera nonnulla i  
intelligatis quan  
tamen reliqua ha  
insignis fit locus  
portieu, et pictur  
nomine cogniti, e  
studia, historia,  
quae Helleno-Lat

Heie, ubi Tull  
limam libros de  
publica revocab  
sterium editum es  
graecae hymnogr



Cryptae ferratae oppidi prospectus.

te spiritu, cum quatuor sua annum ageret, ubi prope Caietam deus Apostolorum limitum Basilianae facta rem bellicam operam est, quod Julianus prima armavit, militi et oppugnantibus illo posissimo civilium bellorum, ita ut metus et ubi quietis ac transsum fore eredebatur, neque artes quasi probat, defugae a tumultuorum ac dynastarum. Eadem ad historiam pertinuerunt annum de saecularis solemnitas une fas erit integrum saeculum tanto eventui delibasse pauca, cum temporis, et auspiciae latinis populis, condemni quadam pereante kalendas Maias, ibus, quid hospitibus, praeteritae, quid speuerit, et sit, et fausto dem ex quo, stylo nunc; sed praestat, ac excellentia videtur, pulcherrima oratione horum abbas Arsenius asceterii aulam, cui humanissime, uti as monachorum ordine, in registribus et specta- generunt, eruditissimus qui:

his frequens, coluit s ab origine sua iu- itatem maximam vel ineffabili vos accipit, vos quasi gremio excellentium cohors, Romam, cui semper cultumque Graeco-La- foedere, per aetates mere, promovere. Et via disciplinarum om- fundamenta et au- videtis, fratres mei, loriamur, tibique, o um qui constituitis st monachis, simpli- dicimus, at ex corde fuis et ornamentis Bene adveniatis! tis in hoc pacis asy- saeculis, religio et in conceptuum con- sessu fraterna socie- mirificum est vos accipere et colere,

addiderunt, quae Cryptae ferratenses monachi, requirentes novos in peritia sua modos musicos adinvenerunt. Cum clarissimo Montfaucon dicam: "Locus hic admirabilis exstitit officina graecae graphiae, dieam cum Pitra: "Locus hic tamquam ara fuit, in qua sacer ignis disciplinarum graecarum monachorum traditione servatus est ab Oriente delatus, eruditorum opere et labore in Tullianum Tuseulum, filiis Nili decus Tuseuli pristinum restaurantibus, . Hic enim in solitudinis pace et quiete, ubi monachi vita teritur tradituri posteris, quae sacra a senioribus accepit, disciplina et amor graeci sermonis tum patricii tum plebeii servatur et exstat idem, novem saeculis frustra labentibus, una cum disciplina et studio cultioris latinitatis: quae quidem vobis videnda perstant in bibliotheca graecis latinisque codicibus insigni, una cum graecae paleographiae specimine: morem namque nongentos post annos adhuc sanctissimo viro Nilo gerimus, qui sua aetate calligraphus ac tachigraphus celeber exstitit. Quae autem supremis hisce annis edidimus: *Fragmentum Strabonis*, nostris in palimpsestis repertum; *Badiam*; *Petrarcham et graecas in Italia disciplinas*; *Viam Sacram, seu Triumphalem*; *Diverticulum Frontinianum et aquam Tepulam*, vobis ostendant qua sedulitate graecum et latinum colimus et curamus, utrumque concordia fraterna diligentes et sequentes. Hisce emicet monasticum sagum togamque non esse belli adversus doctrinam vexillum: namque has monachi medio, quod dicunt, aeo Italiae graeca et latina servarunt, et adhuc servant; quod si interdum in scientiam irascitur et excendet, id fit ubi scientia tumens signatos sibi limites finesque praeterire audet, quos ultra, citraque nequit consistere rectum, et in scelus ruit, prout libertas, si proeas fiat, et civitatem misceat. Quinimo ipsi qui vivimus, qui alloquimur, qui coram adstamus, connubium hoc graeco-latinum ostendimus;

Latini enim genere, Itali ortu, caelo, soloque sumus, et hic graecis operibus porrexi mus manum, linguas eloquio, ritibus sacra, vestibus corpora, ita ut Carolidis ille, de quo egi, nos indicaverit "monachismo graecos, philo-hellenos prouti Europaeos, illustres legatos Graeciae occidentalnis ..

Propterquod spes mihi arridet animo, quoniam quasi fratres venientes accepimus, neque dubito fore ut ad vestra redeentes, sive coetu ea vobis sint, sive domi, incundam monumenti huius helleno-latini recordationem vos reportatores, cui nunc honorem decusque additis conspectu et frequentia vestra. Venerit ubi inse- quens annus, IX saeculum a constitutione abbatiae huius, — ita hodie dieitur, — celebrabitur. Favente moderatore studiorum supremo, nobis mens est et consilium solemniter celebrandi annum et dies. Vos itaque redeentes domum bona loco huic verba loquamini, ut in honore sit aedificium, cui adsunt eruditii omnes, cuique fortassis, ut speramus, referenda in Orientem litterae graecae dabuntur, molliores et elegan- tiiores factae cultu et sapientia latina. Hac bona spe, salvere vos iubeo, o iucundissimi hospites, duplice idiome nostro augur: SALVETE, XAIPETE ».

P. ALEXIS.

## EX BATAVIA


De certamine poetico Hoeufftiano.

**A**CCEPIMUS de nupero ac futuro certamine poetico Hoeufftiano has litteras, quas libenter edimus. Occasionem nacti, in mentem sociorum revocamus nos quoque poeticum certamen in fasciculo huius anni VII° indixisse, eique fatalem diem ad recipienda carmina constitutum esse pridie kal. Iulias MDCCCCIII:

« Ad VII idus Martias in concessu Ordinis litterarii tres dati iudiees de XXVII carminibus certamini poetico Hoeufftiano an. MDCCCCII propositis reftulerunt hunc in modum:

Sex carmina nimis exilia visa sunt statim que seposita: *Ob Wilhelmae restitutam valitudinem*, *Campanariae turris munera*, *Exitium Sancti Petri in Martinica*, *Familia*, *Mors, Batavorum arx nova*.

Decem carmina rebus medioreria, tamen propter formam aliqua laude non carebant: *De bello boericō*, *De pegmatiis Romae incendi so-*



Cryptae ferratae Castellum, Monachorum domicilium.

*litis, Post mortem Michaelis filii, Roma, Lyrica, Caritas, Solyma eversa, Mater, opinio ad lyram, Elegia, Veneta turris.*

His omnibus carminibus reliqua longe prae-stabant, quae secundis curis inter se compari-vimus eo eventu, ut quinque poemata minus perfecta, *Christi natalis solemnia, De Visitacione Virginis, De bello Angloroero confecto, Savonarola, Epistula Macenatis ad Horatium, postponerentur his quatuor: Cilix, De excidio Sancti Petri, Iurenilia, Perfugium nostrum, utque duo carmina, Capreae et Feriae aestivae de praemio certarent, quod tandem concessum est Feriis aestivis, cuius scidula aperta nomen prodidit Petri Helberti Damste Ultraiectini. Praeter hoc igitur carmen praemio ornatum, in lucem prodibunt etiam Capreae, Cilix, De excidio Sancti Petri, Iurenilia, Perfugium nostrum, simul ac poetae scidulas suas aperiendi veniam dederint.*

Ad novum certamen cives et peregrini invitantur his legibus, ut carmina latina non ex alio sermone versa nec prius edita argumentive privati nec quinquaginta versibus breviora nitide et ignota iudicibus manu scripta, sumptu suo ante kal. Ianuarias proximi anni mittant Hermanno Thomae Karsten, Ordinis litterarii Academiae Ab-actis, munita sententia, item inscribenda scidulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transcribendo port-

30]

FABULAE SELECTAE FONTANII  
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

## CXVIII. — EDUCATIO.

*Germani fratres, Caesar Laridogue, venusta  
Nati matre canes imparidoque patre,  
Diversos nacti dominos, servare culinam  
Incipit iste, vagas ille necare feras.  
Mos varius variat fratrum nativa decora,  
Quae micuere magis, vel periere brevi.  
Nomen utrique norum datur: incola namque culinae  
Audit iam Larido, sic vocante coqua;  
Alter, aprum cervumque potens superare, caninos  
Caesar apud fratres audiit ipse prior.  
Lex data, vulgarem ne sponsam Caesar haberet,  
Stirpis et ignarae ne foret ille parens.  
Degener at Larido, tot axorum stemmate fracto,  
Obvia quaeque ferit foedera coniugii.  
Hinc enata tribus, Gallos apud haud ita rara,  
Quae gaudet cynico vertere more veru:  
Gens, reliquae gentis probrum, quam fortia gesta,  
Caesare digna, pigent, fercula lauta iurant.  
Dispar saepe patri soboles: mala cura diesque  
Virtutes patrias heu! abolere solent.  
Optima naturae pereunt, nisi rite colantur,  
Dona; et fit Larido qui modo Caesar erat.*

## CXIX. — LUPUS ET VENATOR.

*Auri sacra fames, sitis haud satianda lucrorum,  
Quae nihil pendis munera larga deum!  
Tene meis frustra fabellis usque lacessam?  
Aurem quando mihi, dives avare, dabis?  
Thesauris, age, congestis nunc utere tandem;  
Utere festinus: tempus, ut umbra, fugit.  
Ergo visne? — Volo. — Quando? — Crastina  
Lux dabit incolumem? mors inopina venit.*

bile prelum Britannicum (*typewriter*) adhibere velint.

Praemium victoris erit nummus aureus quadrigentorum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex legato faciendis typis describetur, eique subiungentur alia laude ornata, quando scidulae aperiendae venia dabitur.

Exitus certaminis in consessu Ordinis mense Martio pronunciabitur, quo facto scidulae carminibus non probatis additae Vulcano tradentur ».

H. KERN  
Ordinis Praeside.

## DE PUMILIONIBUS.

**Q**UUM Mianius atque Schweinfurtius primi de pumilionibus in Africa docuere, fabulari viros illos gravissimos arbitrii sunt passim, qui Africæ res summa euiositate persecutabantur; cumque paulo post speciminis ergo, Akkas illos ad Victorium Emanuelem II, regem Italorum, Mianius misit, eos tamquam monstra atque prodigia, potiusquam populi alieni exemplaria refinuerat.

Attamen pumilionum gentes iam innotuerant, ut qui in extrema Africa a lucis vel silvis nuncupentur silvarum nomine *Bushmen*, ut pariter Andaman insularum incolae atque Carolinarum Philippinarumque nigritae. Eorum ta-

*Tolle moras igitur; venatorisque lupique  
Cladem, quam memorat fabula nostra, time.  
Letifero cervum venator straverat arcu,  
Cum fit et imprudens obrius hinnuleus.  
Adiicitur iurenus seniori, binaque iuxtim  
Campo in gramineo corpora caesa iacent.  
Hinnuleum si captarit cerrumque Diana,  
Praedam sat ditem se retulisse putat.  
Non ita venator. Subit en (sua gratior esca)  
Monstrum setigerum: vastus, obesus aper.  
Sors manet hunc eadem, quamquam Mors stamina vitae  
Aegre, sub dura pelle, secare valet.  
At Falcata, quater repetitis ictibus, ictum  
Tandem sternit humili, sternit ut exanimum.  
Nunc iam praedarum sat erat; sed vasta cupidus  
Numquid rictoris suevit habere modum?  
Perdicem videt arcitenens sulcata per arra  
Currere, dum redeunt vita furorque ferae.  
Alitis exigui cupidus, vir cornua rursus  
Arcus adducit, iam paritura necem.  
Ast aper extremo conamine fertur in hostem;  
Enecat oppressum, quo super, ipse perit.  
Hactenus haec curas aridorum fabula carpsit;  
Nunc sordecentem carpat avaritiam.  
Illic praeterit lupus, haecque cadarava cernit;  
Cernit, et: « O faustum — clamitat ille — diem!  
Ecce quaterna simul praegrandia corpora; parce  
His tamen utar: avis rara, tot exuviae.  
Parce (parcendi placuit vox semper avara)  
Si viram, mensis sortiar inde cibum.  
Sic est: quatuor haec sunt corpora: quatuor ergo  
Hebdomadis solidis prandia iusta dabunt.  
Caenarum seriem eras ordiar; ante sed ista,  
Arcum quae curvat, chorda voranda mihi.  
Haec nervo constat (nec odor me fallit) equino;  
At vel frusta probus curat equina lupus.»  
Sic fatus, chordam dente appetit; inde sagitta  
Evolat, atque feram trudit ad ima Stygis.  
Ad caput ut redeam, vitium fuge, lector, utrumque:  
Ne cupidus nimium sis, nimiumve tenax;  
Et sua venantem numquam satiata cupido  
Perdidit, et sua mens sordide avara lupum.*

men nulli adeo tenues et pusilli artibus visi fuerant quantum novissimi Akkas italo regi oblati. Tunc itaque veterum memoriae investigari coepit, et Herodotus quoque nonnulla de huiusmodi populis tradens in memoriam revo-catus, quem forsan doctiores critices artis periti fabulantem incusaverant.

Herodotus enim de itinere quodam loquens a Nasamonibus, Berberiae populis, meridiem versus suscepit, eos enarrat ad maximi fluminis ripas feliciter appulso a pumilionum manu captivos factos.

Megastenius, qui post Alexandri victorias, a rege suo ad Sciandra Gopta Paliputrae regem legatus accesserat, homines memorat pusillos, naribus paene orbatos, quos dicit cum gruibus assidue pugnantes. Rousselet vero auctore, pu-miliones hi quasi protoparentes habendi sunt gentium nonnullarum ex corpore maxime pusillo, quae medium Indiam incolunt, ubi simiarum nomine innotuerunt; populi quidem iaculatoria et sagittaria arte doctissimi, qui forte, simio illo nomine, Romanos adiuvaverunt ut Indos su-bigerent.

Verum ad Africam redeuntes, anno MDCCC-XCII sepulchrum in Aegypto innotuit, eiusdem magistratus ex regia aula Pepi I<sup>st</sup> et II<sup>nd</sup> regum, quem docet lapis sepulchralis bellicae expeditio praefuisse meridiem versus profectae: « Qui itaque, — ita narrat inscriptio —, reversus a regione spirituum, captivum duxit Donka

## AD VOCEM URBIS.

*Vocem salutat Urbicam, Fontanii  
Qui Fabulas coepit latine vertere,  
Gravi quidem labore; nam Giraudii  
Volumen ipse sic refeci, versibus  
Ut ex tricenis vix supersit integer  
Unus vel alter. Ac fatebor candide,  
Non huic opellae forsan admossem manum,  
Si praesciensem quam foret res ardua.  
Nunc, quae semel sunt coepita, si vitam Deus  
Viresque donet, est necesse absolvere.*

*Verum trimestres a meis lectoribus  
Posco benignis ferias. Invisere,  
Dum ferret aetas, sum rogatus dissitos  
Quos Ister et Moldara campos alluit.  
Autumnus ad flarum redire Tibridem  
Ut sicerit me, interpretandi prosequar  
Manus; stilum polire nitar interim.  
Manent quaterni de libris Fontanii  
Nondum latine redditi; priores hactenus  
Vox Urbis octonus recepit hospita.  
Quae fabulam cum vix supremam prompserit,  
Prodibil et liber, ducentis paginis  
Qui comprehendet unus omnes Fabulas,  
Una libella cuiilibet parabiles.*

*Vale, meique sis memor, Vox Urbica,  
September dum me vagum reduxerit.*

Romae, idibus Maiis MDCCCCIII.

FRANC. X. REUSS.

Dum Vox Urbis clarissimum scriptorem suum proficiscentem votis omnibus prosequitur, confidit eum in itinere sociorum omnino non obliturum. Ipso autem absente, comoediā vul-gabimur. **Saturnio**, quam de industria latinis versibus nobis conscripsit alter ille vir egregius, Ioannes Baptista Francesia (SUBALPINUS), cui pu-blicas ob summam eius humanitatem nos re-ferimus gratias, socii quidem plausus iterabunt.

quemdam choreanum que similem qui, ductus est ».

Quibus ex verbis signis satis aperte pumilionibus fuisse minis laetus adhuc

Punt, terra Gallie feiat, ubi, iuxta r-

Wolfius doctor invenit vix duobus eos vidit Kunel i-  
Ubanghi et Sciaris quos Fans barbarum venationem missa maectent.

Caietanus Casastigator illustris, ras a Zandeh et N-  
recognovit, sed p-  
fuisse animo indo-  
diosissimos. Hi Vociū, Afisi, Tiki-  
tuam unam secun-  
tannicum Museum.

At qui maxime e-  
censendus est. Qui VIII iter faceret  
guli, vestigia lust-  
ditque modo duo

5]

## SELECTA EX BI-

## DE RECTA PRONUN-

Earum omnium L-  
denos aut plures cu-  
flatu, ex accentu, T-  
tantum exigam, qui i-  
litario eius proprium, enique vocali

Ego interrupi: —  
bis, mi Murete, sim-

— « Quesee, — in-

modo, sed quibusdam

nimum duplex. Cum

sint Latinis (de qua-  
eae, modo breves, c-

ut sono ipso distin-

diotione. Ex ipso,

an I, longum in “P-

an V, in “populus,”

terito tempore effe-

utiliter. Nam hodie

nimirum pariter idem se-

que voealem unam bi-

vocali. Itaque in-

hic noster sermo p-

haec in enunciando

omnino vocales lo-

etas. Nam has soli

diernum; illas gem-

plicem et produc-

Hunc usum scripto-

rinus Afer: “Na-

scribenda esset, du-

nus, qui mansisse

“Usque ad Attium

minis vocalibus s-

pusilli artibus visi  
ni Akkas italo regi  
m memoriae investi-  
quoque nonnulla de  
in memoriam revo-  
es critices artis periti

ere quodam loquens  
pulis, meridiem ver-  
ad maximi fluminis  
pumilionum manu  
alexandri victorias, a  
a Paliputrae regem  
memorat pusillo,  
s dicit cum gruibus  
t vero auctore, pu-  
entes habendi sunt  
ore maxime pusillo,  
nt, ubi simiarum  
uidem iaculatoria  
qui forte, simico  
erunt ut Indos su-

tes, anno MDCCC-  
innotuit, cuiusdam  
I<sup>1</sup> et II<sup>1</sup> regum,  
lis bellicae expe-  
versus profectae:  
criptio -, reversus  
um duxit Donka

quemdam choream ducre peritissimum, illius  
que similem qui, Asra rege, a Punt terra de-  
ductus est ».

Quibus ex verbis simulque ex hieroglyphicis  
signis satis aperte eruitur Donkam illum ex  
pumilionibus fuisse, qui iuxta maximos Nili flu-  
minis lacus adhuc vitam agunt.

Punt, terra Galla, barbarorum regionem signi-  
ficiat, ubi, iuxta relata a Bottego centurione,  
pumiliones tribus nonnullae abditae vivunt.

Wolfius doctor ad Congo flumen eos pariter  
invenit vix duobus pedibus corpore magnos,  
eos vidit Kunel in Kamerun terris, eos circa  
Ubanghi et Sciari lacus Crampel viator invenit,  
quos Fans barbari, mercede pacta, ad elephan-  
tium venationem deducunt, ut eos euspede im-  
missa mactent.

Caietanus Casati, equatorialis regionis inve-  
stigator illustris, eos meridiem versus post ter-  
ras a Zandeh et Niam-Niam barbaris occupatas  
reecognovit, sed parvos corpore docet tamen  
fuisse animo indomitos et sua libertatis stu-  
diosissimos. Hi varie vocantur: *Efe, Akka, Vociū, Afisi, Tiki-tiki*. Ex feminis eorum mor-  
tuam unam secum abduxerat, cuius ossa Bri-  
tannicum Museum hodie habet.

At qui maxime eos cognoverit Henricus Stanley  
censendus est. Qui cum an. MDCCCLXXXVII-  
VIII iter faceret ad Eminii, Aegyptiorum re-  
guli, vestigia lustranda, iis saepe occurrit, vi-  
ditique modo duo in genera distingui. Aliud

nimirum simiarum perquam simile oculis par-  
vis atque belluina facie, aliud fusco minus col-  
ore et pulchritudine formae insignius.

Venatores optimi quidem et peritissimi insi-  
dias tendere belluis, et laqueos parare, sagit-  
tasque iaculari adeo venenatas, ut brevi suo  
vulnere elephantis immanem molem roburque  
conficiant.

Proceras inter et praevalidas gentes castra  
metati degunt pacificam ibi vitam, quippe qui  
veluti exenbias agere tutissimas contra aliarum  
gentium incursiones videantur. Magalia eorum  
plerumque per lucos densissimos, perque loca  
palustria, neque commercia illis ulla cum sui  
generis homineulis quotquot *Bushmen* vocantur.

Si fides adhibenda est iis quae viatores acto  
iam saeculo enarravere, *Wambutti* et *Akka* et  
*Batwa* tribus maxime adfinis illis vita sunt,  
modo vero eorum genus paene deletum Bata-  
vorum incursionibus et armis dicunt. At similes  
gentes habent Philippinae et Borneo et Sumatra  
insulae, quos iberica voce *negritos* vel *igorotos*  
coloni nuncupant: nigrarum enim faciem et  
corpora primo occurso portendunt. Verum neque  
de iis multa innotuere, ut est plerumque silvis  
et paludibus eorum abdita vita et ab hominum  
commercio seiuncta.

Qui humani generis variis moribus et ori-  
ginibus student, hi tuto iam adsernere eos  
phinniae gentis maxime persimiles esse natos.  
Eorum vero mores ad truculenta omnia et fe-

rocissima acelines passim dictitantur, quippe  
quibus humanis vesci carnibus maxime dulce  
sit, sive quod nimio frigore nimisque rigoribus  
aëris ad id moveantur, sive quod, eam ob  
causam, eorum sacerdotes ritus horrendos con-  
stituerint Deo ignoto atque terribili, cuius iram  
victimis eruentis expiant.

Quorum criminum vestigia exstant quoque  
in veterum fabulis, quae Saturnum docent filios  
comedentem, vel Cyclopes et Lestrigonios hu-  
manis membris pastos; vel in ipsis quoque mori-  
bus qui Pietos vel Petios incolas vetustissimos  
fama crudeli donarunt; quae gentes deinde a  
Germanis invadentibus dispersae, suas reliquias  
vix hodie ostendunt in Lapponis et Groelandicis,  
viros corpore passim parvos, qui nordica Europae, Asiae et Americae litora nostris  
quoque diebus possident.

A. COSTAGGINI.

#### QUID OLIM (CENTUM ABHINC SAECULIS)

IN PERSIDE?

COMMENTARIJ nostri lectoribus aliquid tradi-  
turi circa ea, quae effodiuntur in Perside,  
- si tamen Persidis nomen Susitaniae, seu Yria-  
niae (*Iran*) bono iure tribuendum quis autem, et  
aliud enim, ut ait Q. Curtius, limen est, aliud  
vero domus, - dum gerimus morem titulo, et

observatio (permitte mihi curiosam paullum curam)  
in vocalium ceteris, e quibus E pariter gaudii dolos-  
risque index. Illius, cum eu, euge, "evare,, dicimus;  
istius, cum he, hei, heu "heulare,,. Sicut O item  
nos laetos exclamamus, et ohe saturos ac bene ha-  
bitos, et "ovamus,, exultantes; contra O et oh nos  
miseros etiam audies in dolore. At I in admirationem  
valet, cum II ad novitatem iteramus, itemque io ad  
triumphum. V moeroris tantum nota est, ab eaque  
hu, hui et "ululare,,. Cum autem attendis, magis  
est ut maestiae omnes sint et dolor in iis praeva-  
leat, sicut in omni vita. Ideo bene et perite de in-  
terpretatione earum Artemidorus: "Litterarum quae  
vocales, metus ac turbellas significant,, (1). Sed  
missis deliciis redeo ad meas spinas. A igitur litterae  
pronunciatio duplex, crassa et lenis; illa cum longa,  
haec cum brevata. Lenem sic efferes: ore diducto,  
flatu valentulo, suspensa modice lingua, nec dentibus  
appulsa. Ita dices: amo, facio, adigo; sicut audis,  
et paullum modo attenuatus subtiliusque quam vulgo.  
At crassam incrassabis pariter: efferes eam spiritu  
lento et hand aequa valido, ore modice aperto, et  
pressim (me vide) rotundo; denique in longa ea enun-  
ciatio longior, et velut AA geminatae. Sic dices:  
amaabam, effaari, aaram, faatum; sic distinguas  
maulum in navi aut in pometo, ab homine malo; sic  
lingua tibi secernetur a Lingua. Haec Suevorum in  
sua lingua etiam hodie, ut audio, pronunciatio et  
scriptura est; haec veterum fuit, quam Lucilius et  
ii qui apices praetulerunt eiocere conati sunt frustra:  
Nam illius versus apud Victorinum sunt, e IX Satyr:

A primum est, hinc incipiam, et quae nomina ab  
(hoc sunt).

Deinde:

A primum longa et brevi sillaba: nos tamen unum  
Hoc faciemus, et uno eodemque, ut diximus, pacto  
Scribemus pacem, placite, Ianum, aridum, aeustum,  
Aρες ζηρες Graeci ut faciunt.

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

(1) Lib. III, 84.

5]

#### SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIIS.

##### DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUE DIALOGUS.

V:

Earum omnium Latinis plus uno sonus. Priscianus  
denos aut plures cuique tribuit, ex enunciatione, ex  
flatu, ex accentu. Tu eum vide. Nam ego cur sub-  
tilia illa persequar, sine bono ullo usu? Sonos eos  
tantum exigam, qui in natura ipsa litterae et in soli-  
tariorum eius proprio effatu insunt. Talis, ut minimu-  
mum, cuique vocali duplex.

Ego interrupi: - « Duplexne? - inquam. - At no-  
bis, mi Murete, simplex ».

— « Quiesce, - inquit, - audies. Imo non duplex  
modo, sed quibusdam triplex quadruplexque. Sed mi-  
nimum duplex. Cum enim vocales omnes anticipites  
sint Latinis (de quantitate loquor) et modo longae  
eae, modo breves, curae imprimis habuerunt prisci,  
ut sono ipso distinguenter, quantae illae in quaue  
dictione. Ex ipso, inquam, enunciati colligebas A, an I,  
an longum in "palus,, in "sinus,, dicerem; O,  
an V, in "populus,, in "uter,, et "legimus,, praeter  
tempore efferrem, an praesenti. Decore, imo  
utiliter. Nam hodie quae confusio et turbela? Om-  
nium pariter idem sonus, brevium longarumque, adeo-  
que vocalem unam non discernimus, ut nec eam a  
bivocali. Itaque iure ambiguitatibus scatet et sorbet  
hic noster sermo prae antiquo. Nec cura iis solum  
haec in enunciando; etiam in scribendo fuit, aliter  
omino vocales longas pingere soliti, aliter contrac-  
etas. Nam has solitarias ponebant ad exemplum ho-  
diernum; illas geminabant ut duplicatione ipsa du-  
plicem et productum in iis ostenderent illum sonum.  
Hunc usum scriptores prisci mihi firmant, ut Victor-  
inus Afer: "Naevius et Livius, cum longa sillaba  
scribenda esset, duas vocales ponebant,,; Quintilia-  
nus, qui mansisse id ad Attium vult, his verbis;  
"Usque ad Attium et ultra, porrectas sillabas ge-  
minis vocalibus scripsere,,. At Terentius Scaurus

VI.

Atque agmen mihi totum A ducet. Iure. Cur enim  
non ea princeps, quae naturae ductu, principium voci  
dat? Infantes vide: per hanc vagiunt: pueros: per  
hanc babant, lallant, tatant; viros, feminas: prae-  
cipuus affectus efferunt per istam. Gaudent? ha ha,  
audies. Dolent? ah, ah ingeminabunt. Nec dissimilis

eluebratiunelae huie, hand quidem eius tituli in verba iuramus. Exsultanti enim et gestienti annuntiantis animo plurima indulgemus, quia non licet quieto esse nova reperienti, et ferme incredibilia narratu. At qui probe scimus quae prolati magnificestissime fuerunt ubi Zodiacus Tentyris (*Denderah*) in Europaeas incidit manus, cuius insculptae imagines Tolemaicum illum celeberrimum praeferre annum Sothiacum, nostris sex ae triginta millibus circiter aequum annis, videbantur, dum postea in ipsa templi portico Tiberii Caesaris Augusti nomen emicuit, ipsoque super planisphere vox « autoerator », qua Domitius Nero satis aperte ostendebatur, apparuit, nos, inquam, qui probe ista scimus, caute abstinemus a gloriosa illa aetate firmando, contenti parvo, scilicet, quod nemo, testimonium perhibente effossione, negabit.

De Susis agitur, urbe illa opulentissima et veterum scriptorum perennata stylo, nisi potius rectiusque dicam fama, quae primo diruta Assyriorum regum iniuria, avaritia, ferocia, mox a cineribus suis, quasi phoenix fabulosa, surrexit, subversa ipsa splendidior et opulentior, et in deliciis esse potentissimis regibus Achemenidis generis coepit, rursum dormitura millennium et saecula, et fortassis non ultra memorabilis, nisi gallieus vir I. De Mongan, anno MDCCXCVI, Persidis Caesare, (*Sciah* dicunt) Mosaffer-ed-Din potestatem faciendo concedente, novas in Susiana solitudine effossiones inivisset magna auri, operariorum, ferri, scientiae vi, magna constantia, et non exigua spe faustissimi exitus. Atque exitus hic iam nihil ancipitis, nihil periculi, nihil dubii praefert, quum et adinventus sit Susorum locus, et ferme circumscriptus operibus, tentatumque hic illie solum divitias et mirabilia sua ulro obtulerit, pluraque se daturum despondeat, praesertim cum sub ipsis ruderibus rudera antiquiora exhibuerit, quibus, abhinc quindecim annorum milia (ita spes et vox est) sepultos thesauros vetustissimae Susanorum urbis, effodientibus policeatur. Qui igitur olim reges Elamitae, Susiane regioni et Iranicae praefuerunt, assurgent attonitis doctis e sepulchro, ubi vulnerati conticuere tot saeculis, et characteribus, quibus dum viverent utebantur, seriem liborum suorum, historiam suae gentis, patrataque facinora annuntiabant? Haec non speranda modo, sed pro certo habenda eredimus, et quia eredimus, ab hisdem annos non modo certissimos exspectamus, sed pretiosam artibus et narrationibus supellecitem praestolamur.

(Ad proximum numerum).

G. P.

### ANNALES.

Macedonica seditio — Mandchouriana Russorum occupatio — Metensia solemnia — Mauritanum bellum.

**M**ACEDONICA res adhuc sollicitudine afficit Europae gentes. Crebris enim pugnis etiamnunc dimicatur, mala plerumque Mace- donum fortuna, at mira virtute semper. Inno- vantur profecto Graecorum fasti; ad quid vero?

Adventibus enim, praesertim ad litus Thes- salonicum, in dies novis navibus loricateis ex omni natione, cohendos sibi maxima vi per- duelles sensere Tureae, tum christieolas tum adversantes Albanenses, atque in utramque partem multis copiis facto impetu, hinc dispule- runt cohortes errantes Bulgarorum, inde Ipek urbem Albanensem brevi pugna tenuere. Tur- earum autem legatis ad Bulgarios viriliter obte- stantibus quod auxilia clam perduellum turmis in Bulgaria pararentur, belli easum inde sumi nemini visum est; sed ipse Ferdinandus prin- ceps Lutetiam, ut diximus, profectus in melio- rem mentem rediit, atque ad patria moenia remeavit. Modo igitur sunt qui putent, si danda sit Turcarum sponzionibus fides, iura, novissimo foedere pro christieolis constituta, fore ut re serventur, praesertim cum fracta iam appareat Albanensem tenacia. Hisce autem auguriis utrum sit accendum, an non, hand facile coniectaveris.

★

De Mandchuriana quaestione metus erat ne novae orirentur discordiae: Russi enim puta- bantur ita agere, ut simulata recedendi vo- luntate, milite tamen et armis terram usque retinere ac possidere vellent, non alias ferme quam olim Angli de Aegyptio litore praeca- verunt. At Russi satis aperte tum Londini, tum Washingtoni per legatum suum professi sunt sese, ob urgentes adhuc publicae tutelae neces- sitates, suum discessum prorogasse. Res aperta plane! Nam ferreum iter iis sternendum est, quod cum expleverint et Russis operariis machinariis que per omnem viam et per currus omnes muniverint, tune profecto cohortes moscovitae Si- nenses fines derelinquent, nisi tamen novi etiam patuerint eventus quorum causa ultra differenda dies profectionis videatur! Atque hi- see contenti, omnes qui tum in Anglia tum in America timebant quievere.

★

Solemnissimum insonuit inter bellica discri- mina pacis carmen et gloriae, quod iterum cecinit Wilhelmus Caesar cum. Metensi in urbe, nova facies maximi templi nuperrime instau- rata, ipso adstante, detecta est. Caesarea invitatione appellatus aderat Kopp, Purpuratus Vir, quem Leo ipse Pontifex Summus legatum *a latere* selegerat. Quare Wilhelmus ille huma- nissime salutans ei obtestatus est saluberrimum atque sibi inuenidissimum, una cum ipso templi novas fores tamquam pacis ostia inaugurate. Ipsa autem in ecclesiae facie, plurima inter signa quibus portae exornantur, imperialis statua, monumentum aequalibus et nepotibus prostat.

★

Memoranda postremo, at non item faustae, Mauritaniae res, quarum immo fortuna converti paullatim in ipsum regem iterum videtur. Nam qui rebellibus praest Abu-Hamara regias copias rursus fundens, Tetuan urbis moenia appropin-

quare traditur. Parum tuta igitur in urbe com- moratio; inde peregrini qui illam urbem ine- lunt passim discedunt, obsidionem vel necopina- natum proelium metuentes. Ad ostia imperii tamen vigilant Ceuta in oppido Iberi, vigilant in Gaditano freto navigia Anglorum.

POPULICOLA.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia iterum disceptatum de Hibernica lege maxima, quae insulae illius terras suis colonis reddat paullatim, atque maximis votis lata lex. Mox de na- valibus bellicis rebus summa expensarum recognita, atque decretum ut nova arma et naves congerantur.

In Brasiliana republica inaugurata sessio oratione Praesidis, qui praesertim de re pecuniaria optime redintegrata locutus, fata meliora suo populo est auspiciatus.

Creta in insula nova sessio, Georgio principe adstante, convocata, universorum suffragio solemniter votum emisit de adiencia quamprimum insula Grae- corum regno.

In Gallia de sodalibus religiosis suis e domibus late pulsis acerrima habita in comitiis disceptatio, Gayraud sacerdote primo dicente. Vani tamen conatus, cum administrisi victores discesserint.

In Italia bellicae rei per aliquot dies rationes ductae ob socialistarum indesinentes, quamquam fru- stra omnino, emendationes propositas.

SCRIBA.

### AENIGMATA

I.

Sum verbum? Raucam vocem designo caninam.  
Sum nomen? Fuge me, ne spoliere bonis!

II.

Sum verbum? Mihi ne pare! Do iussa nefanda:  
Spernere te leges atque nocere volo.  
Sum nomen? Lateo sub dumis herba modesta,  
Ast, ubi sim, semper prodit amoenus odor.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpre- tationem ad Commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

IOANNES BERNARDI VIGI  
DE SINDONE TAURINENSI  
CARMEN.

Aenigmata an. VI, n. VII proposita his respondent:  
Iubar - Pavor - Palear.

Ea rite soluta miserunt:

I. B. Pesenti, *Roma*. — Car. Strachey, *Londino*. — Rich. Malotta S. I., *Bzozow*. — Hector Landi, *Turrita*. — F. Arnori, *Mediolano*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — Georg. Mauter, *Bonna*. — H. A. Strong, *Liverpotia*. — V. Laskin, *Rostar*. — Civis Romanus, *Limbach*. — Lyceum A. Manzoni, *Mediolano*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — E. Burg, *Argentorato*. — Benvenutus a Foro Cornelii, *Faentia*. — Petrus Tergestinus, — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Ant. Lasota, *Sutrio*. — Guil. Müller, *Monachio*. — Collegium Scho- larium Piarum *Stellae*. — Iad. Lul. Podobinski, *Cracovia*. — I. L. Dunne, *Dublino*. — Ad. Huza, *Grybovia*. — Alex. Ma- liandi, *Napoli*. — Herm. Gini; Tr. Grottanelli, *Aquis Tau- rinis*. — Alex. P. Gest, *Lambertville*.

Sortitus est praemium

CAROLUS STRACHEY,

ad quem missum est opus, cui titulus:

IOANNES VALLARINUS  
DE CAII CRISPI SALLUSTII  
ARCHAICA ET VULGARI SCRIBENDI RATIONE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paris Phil. Cuggiani*.

igitur in urbe com-  
illam urbem inco-  
tionem vel necopi-  
Ad ostia imperii  
oipo Iberi, vigilant  
nglorum.

POPLOCOLA.

EM COETUS  
NDIS.

m de Hibernica lege  
s suis colonis reddat  
ata lex. Mox de na-  
pensarum recognita,  
naves congerantur.  
augurata sessio ora-  
re pecuniaria optime  
ora suo populo est

o, Georgio principe  
suffragio solemniter  
primum insula Grae-  
ciosis suis e domibus  
comitiis disceptatio-  
ne. Vani tamen cona-  
cesserint.  
iquot dies rationes  
tes, quamquam fru-  
ritas.

SCRIBA.

TA

designo caninam.  
spoliere bonis!

Do iussa nefanda:  
cere volo.  
s herba modesta,  
it amoenus odor.

FR. PALATA.

enigmatis inter-  
ii moderatorem  
unus, sortitus,  
tulus:

VIGI

RINENSI

ta his respondent:  
lear.

y, Londino. — Rich.  
ii, Tarrita. — F. Ar-  
cen. — Guil. Schenz,  
Tereftas. — Georg.  
poli. — V. Laskin,  
Lyceum A. Manzoni,  
— V. Hertel, Men-  
venutus Foro Cor-  
Ioan. Canteno Ceva  
Dresda. — Ant. Las-  
si. — Collegium Scho-  
obinski, Cracovia. —  
ovvia. — Alex. Ma-  
tanelli, Agus Pau-

US  
USTII  
DI RATIONE.

PI, iurisperitus.  
Cuggiani.

## SOCIIS ET LECTORIBUS COMMENTARIIS NOSTRI HUMANISSIMIS.

Neminem vestrum fugit quanti momenti fuerit Latinitatis Conventus pri-  
mum Romae congregatus, unde et Latinitas et ipse Commentarius noster, — qui,  
uti promiseramus, et videre vobis fuit, in primis ordinibus decertavit, — novas  
sibi vires auxerunt. Atqui semina ne incassum fuerint iacta! Oportet enim ut  
omnes qui Latinitatem vere colunt atque procurant arctius inter se ac nobiscum  
iungantur. Neque verbis aliis opus est *Voci Urbis*, Sociorum benevolentiam in  
dies experienti, ut rem iterum iterumque commendet, utque rationes suggerat,  
quae facilis ad optatum finem adducant. Id tantum monitum volumus, nos fasci-  
culum huius anni IX, Conventus gentium acta primum latine scripta continentem,  
plurimis exemplaribus typis mandasse, ut quam maxime diffunderetur, eaque  
cuique petenti cessuros exiguo pretio Libellae unius (Doll.  $\frac{1}{4}$ ; Marck 1; Rubl.  $\frac{1}{2}$ ;  
Coron. 1) pro denis fasciculis.

### VARIA

Pharmacum  
omnes adversus pestes novum.

Res haec medicinalis primum anno MDCC-  
LXXVIII notari in America Boreali copta  
est, in oppido Memphis apud fluenta illa, quae  
Mississipi vocant. Febris horrenda saeviebat,  
cui nomen *pallida*, *flava*, *aurea*, et similia.  
(Vide Mortis superbiam tot nominibus deco-  
ratam!) Ad pyrograna et pyroblistas maximas  
confugerunt auxilia petentes, eo quod experti  
essent leve quoddam contagium deferuisse  
olim cum, festo quodam die reurrente, ad  
exultationem, ut solet fieri, fragor e ferreis  
vasibus, incensis pyrogranicis, fuerit excitatus.  
Res eo cecidit uti exspectabant. Minui subito  
contagium. Quoniam quae applicata iuvant, re-  
petita sicut necesse est, aerius et diutius toni-  
trua illa sequenti geminata sunt die. Lues  
cessavit. Viginti abhinc annis cum urbs Indo-  
rum Mysore *cholera* morbo horribiliter pre-  
meretur, ad illa tonitrua medicinalia magistratus  
applicare mentem et manus. Itaque statim  
per vias, per plateas bellica tormenta adduci,  
contonare omnia fragore horribili hand aliter  
ac si erudele praedium ubique furaret. Pre-  
mebat, ut ita fieret, Magorum Sacerdotumque  
auctoritas, qui Deos annuntiabant propitious  
fore urbi, et servaturos, si magna pompa toni-  
tribusque bellicis dicerentur. Festum et fragor  
integra die, nocte integra producti sunt. *Cholera* igitur abiit, idemque factum prospere est,  
quod anno MDCCCLX isdem in regionibus,  
in urbe Bangalore patratum fuerat. Viri sci-  
tissimi, qui bacteriologicam disciplinam profi-  
tentur, studio rem proseguunt sunt, decreve-  
runtque bacilos microbiaque commotione illa  
magna aeris, fumoque mori. Ideo medicinam  
hanc novam probaverunt; ea tamen lege ut  
violentius, quam maxime posset, fieret, et ubi-  
que loci adhiberetur.

Auguror haec vera esse ad remedium; ne-  
cessitatem, qua ineunda haec medicina sit, mi-  
nime auguror.

### Horologia

expergefacientia, iuvante electride.

Pulcherrima nunc narrantur de electridis  
applicatione, melius de phonographo horolo-  
giis adjuncto. Rei seriem narrabo. Multiplex  
usus. Prima itaque machina additur idonea  
iis, qui exigua quamvis luce, si haec in cubi-  
culo sit, requiescente nullimode possunt, ac  
tamen dum expergescuntur horam scire desi-  
derant. Est ad manus, — ne phosphoreis cereis,  
periculo certe non parentibus, ii utantur —,  
est, inquam, ad manus laqueos sub pulvillo  
latens. Ubi nodum extimulaveris in nuce lat-  
tentem, horologium in tenebris futur, et horam  
annuntiat faciente phonographo. Amplius. Con-  
stituta indicibus hora, qua e lectulo surgere  
decrevisti, prout elegeris, horologium, amoto  
illo stridore tintinnabuli molestissimi, humana  
penitus te voce compellat, et: — Age, — exclama-  
mat —, age; surgendi hora est; — (puta, hora se-  
ptima), neque a clamando desistit nisi sur-  
rexeris et machinulam exclamantem cohibueris.  
Est et amplius. Apposito portae laqueo, si  
quis, te inscio, fur, latro, carnifex noctu vim,  
vel insidiata portae fecerit, phonographus ab  
horologio te vocibus appellat, apparito voca-  
cat, et probra et vituperia simul in latromen  
impingit ea tamen arte, ut plures tecum esse  
homines videantur. Dicitur eiusmodi horologia,  
seu « phonorologia » grandiuscula nunc esse;  
posse in bulgis deferri; quae autem in peris  
ferri possunt magni nimis aestimari, et vix  
pecuniosissimis ea comparare licere.

### Toci.

Calligraphiae ratio.

Dum Siccia conscribit sermones cum amica  
sua Coelina, ecce Marius, Sicciæ filius, ferme  
puerulus, chartam afferens matri spectandam  
bellissimis litteris conscriptam: — Reete! — lau-  
davit mater; et Coelina chartam arripuit ut  
videret... Curiosum femina genas! Attamen  
obstupuit; pulcherrimis quippe litteris nota-  
batur. Et, ad amicam vultu conversa: Quo pacto  
— inquit, — assecuta es atque industria, ut hie

tam belle scriberet? — Obvia, scilicet, — Sie-  
cia inquit: — praecepit ut egregie notaret qua-  
vis hebdomada, quae euptit munera Dominico  
habenda die; siquod autem minus optime vel  
una littera scriberet, munus illud non obtinet...  
Itaque cupiditas muneric exercitium dedit,  
exercitum perfectionem.

Parentibus rationem commendamus.

### Novum corrorum genus.

Sacerdos templi S. Cyri, quod Parisiis est  
vir ex maximis et frequentibus patratis egre-  
gie virtute animi, caritate, domi militiaeque  
saepè equestribus insignibus publice donatus,  
cum per forum transiret, inhumani nonnulli  
irridere transeuntem cooperunt, et cum eo pre-  
sbyterum iuniorem qui sinistri abibat, imitan-  
tes voce graculos, et « eras! eras! » iterantes.  
Obvius fit irridentibus senex, et pallio quo  
amiciebatur remoto, pectus ostendit aureis in-  
signibus pluribus, sericeisque taeniis decorum,  
et addit: — Corvus ego, filiali, corvus ego, uti  
monetis; at vidistis corvum umquam talibus  
instructum et fulgidum pennis?

Tanta virtutis auctoritas! Obmutuere pudici-  
bundi, et patriae venerantes gloriam, detecto  
pileo salutavere silentes. et alio abierunt.

P. d. V.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

NENO SIMONETTI. L'amore e la virtù d'ima-  
ginazione in Dante. — Spoletii, edid. A. Ra-  
gnoli, MCMII.

— — Per la vita viva e vera del pensiero  
latino nella scuola secondaria italiana. —  
Comunicazione nel Iº Congresso Internazionale  
latino in Roma il 16 Aprile 1903. — Spoletii,  
ex off. Umbria, MCMIII.

Thesaurus. Iuxta carmen Bohemicum C. J.  
Erben seripsit Fr. PALATA. — Chemnitzi, apud  
Car. Wiechert, MDCCCCIII.

CIRIO FERRARI. Com'era amministrato un  
Comune del Veronese al principio del sec. XVI.  
(Tregnago dal 1505 al 1510). — Veronae, ex  
off. G. Franchini, MDCCCCIII.

Can. Giuseppe SIMONELLI. Il clero e la  
moderna impunità. — Aversae, ex off. Fr. Fa-  
bozzi, MDCCCCIII.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
COMM. VOX URBIS IN AN. MDCCCCIII

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

**ARISTIDEM LEONORI EQUITEM**  
**COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,**  
**ROMAM, via Alessandrina, 87.**

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA.

Qui pretium uti supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

**QUI NOVOS DABIT SOCIOS**

eligit insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7, 50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prouti voluerit ac significaverit; usque, ceu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis pretium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

*Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.*